# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome A.
## Fascicule 22.
Pages [877]-[942].

# Commune sanctorum
# extra tempus paschale.
### In natali unius virginis et martyris.
### In natali unius virginis non martyris.
### In natali plurimorum virginum.
## Antiphone de beata virgine Maria.
## Benedictiones matutinales.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca.

This document first published January 1 2013.
Revised June 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2013.

# In natali unius virginis et martyris.

## *Ad j. vesperas.*

*Super psalmos feriales.*

AS:662; 1519-C:40r; 1531-P:80v.

Ant. I.v.



sar0050.

HEc est virgo * pru-dens que ve-ni- énte spon-so



aptá-vit lámpa-des su- as : et intro- í- vit cum Dómi-no



ad núpti- as. S. A. E.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Ecclesiastici lj.* (13.)

DOmine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénti deprecáta sum.

℟. Regnum mundi. (*ix.*) [902].

[ *Hic cantus dicatur in festis ix. lectionum ad j. vesperas per totum annum super hunc hymnum.*][1]

HS:134v; 1519-C:40r; 1531-P:80v.[2]

Hymn. I.



8411.

VIrgi-nis Pro-les * o-pi-féxque Ma-tris, Vir-go que


ges-sit pe-pe-rítque vir-go : Vírgi-nis festum cá-nimus tro-
phé-um, Acci-pe vo-tum. 2. Hec tu-a virgo dúpli-ci be-á-ta
Sor-te dum ges-tit frá-gi-lem domá- re : Córpo-ris sex-um
dómu- it cru- éntum, Córpo-re seclum. 3. Unde nec mortem
nec amí-ca mortis, Se-va pe-ná-rum gé-ne-ra pa-vés-cens :
Sángui-ne fu-so mé-ru- it sa-crá-tum, Scánde-re ce-lum.
4. Hu-jus obténtu De-us alme nostris, Par-ce jam cul-pis
ví-ci- a remít- tens : Quo ti-bi pu-ri re-soné-mus almum,



Pécto-ris hymnum. 5. Gló-ri- a Pa-tri ge-ni-tóque Pro-li,



Et ti-bi compar utri- úsque semper : Spí-ri- tus alme De- us



u-nus omni, Témpo-re secli. A-men.

[*Isti tres cantus sequentes locum habent in omni festo ix. lectiones ad matutinas per totum annum super hunc hymnum.*][3]

HS:135v; 1519-C:40r; 1531-P:80v.[4]

Hymn. VIII.



VIr- gi-nis Pro-les * o-pi-féxque Ma-tris, Vir- go



quem ges-sit pe-pe-rítque virgo : Vírgi-nis fes-tum cá-nimus



trophé-um, Acci-pe vo-tum. 2. Hec tu-a vir-go dúpli-ci be-



á-ta, Sor- te dum ges-tit frá-gi-lem domá-re : Córpo-ris


sex- um, dómu- it cru- éntum, Córpo-re seclum. 3. Un-de nec
mor-tem nec amí-ca mortis, Se- va pe-ná-rum gé-ne-ra pa-
véscens : Sángui-ne fu- so mé-ru- it sacrá-tum, Scánde-re ce-
lum. 4. Hu- jus obténtu De-us alme nostris, Par- ce jam
cul-pis ví-ci- a remíttens : Quo ti-bi pu- ri re-sonémus al-
mum, Pécto-ris hymnum. 5. Gló- ri- a Pa-tri ge-ni-téque
Pro-li, Et ti-bi compar utri- úsque semper : Spí-ri-tus al-me
De-us u-nus omni, Témpo-re secli. A-men.

HS:138r; 1519-C:40r; 1531-P:80v.[5]

Hymn. I.






HS:136v; 1519-C:40r; 1531-P:80v.[6]




trophé- um, Ac-ce-pit vo-tum. 2. Hec tu-a vir- go dúpli-ci
be-á-ta, Sorte dum ges-tit frá-gi-lem domá-re : Córpo-ris
sex- um dómu- it cru-én-tum, Cór-po-re seclum. 3. Unde
nec mor- tem nec amí-ca mortis, Se-va pe-ná- rum gé-ne-
ra pa-véscens : Sángui-ne fu- so mé-ru- it sacrá- tum, Scán-
de-re ce-lum. 4. Hu-jus obtén- tu De-us alme nostris,
Parce jam cu- pis ví-ci- a remíttens : Quo ti-bi pu- ri re-so-
némus al-mum, Péc-to-ris hymnum. 5. Gló-ri- a Pa- tri




[ ℭ *In festis trium lectionum sine regimine chori dicatur hic cantus sequens per totum annum ad vesperas et a matutinas super hunc hymnum.*][7]

HS:139r; 1519-C:40v; 1531-P:80v.[8]




dómu- it cru-éntum, Córpo-re seclum. 3. Unde nec mortem
nec amí-ca mortis, Se-va pe-ná-rum gé-ne-ra pa-véscens :
Sángui-ne fu-so mé-ru- it sacrá-tum, Scánde-re ce-lum.
4. Hu-jus obténtu De- us alme nostris, Parce jam culpis ví-
ci- a remíttens : Quo ti-bi pu-ri re-sonémus almum, Pécto-
ris hymnum. 5. Gló-ri- a Pa-tri ge-ni-téque Pro-li, Et ti-
bi compar utri- úsque semper : Spí-ri-tus alme De- us u-nus
omni, Témpo-re secli. A-men.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
[℟. Proptérea benedíxit te Deus in etérnum.][9]

AS:662; 1519-C:40v; 1531-P:80v.

4956. Ant. I.ii.




*Oratio.*

EXáudi nos Deus salutáris noster : ut sicut de beáte *N.* vírginis et mártyris tue festivitáte gaudémus, ita pie devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

[*Alia oratio.*

INdulgéntiam nobis Dómine beáta *N.* virgo et martyr implóret : que tibi grata semper éxtitit, et mérito castitátis, et tue professióne virtútis.

Per Dóminum.][10]

## Ad matutinas.

*In festis ix. lectionum tantum.*

AS:662; 1519-C:41r; 1531-P:80v.[11]




[*Item*][12] *In festis ix. lectionum vel iij. quando est invitatorium duplex.*

AS:662; 1519-C:41r; 1531-P:80v.[13]



*In festis iij. lectionum quando invitatorium est simplex.*

AS:663; 1519-C:41r; 1531-P:80v.

1151.




*Hymnus.* Vírginis proles. [879].

## *In j. nocturno.*

AS:663; 1519-C:41r; 1531-P:80v.[14]

1438.




[17].

AS:663; 1519-C:41r; 1531-P:80v.[15]

4937.



AS:493, 663; 1519-C:41v; SB:442.

3. Ant. III.i.



FA-vus dis-tíl-lans * lá- bi- a tu- a sponsa : et 2855.



odor vesti-mentó-rum tu- ó-rum si- cut odor thu- ris.



*Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Diffusa est gratia. [886].

*Lectio j. Ex Ambrosii de virginibus libro j. excerpta.*

QUóniam hódie natális est vírginis : cóngruum áliquid de virgínibus est loquéndum. Immaculátus enim Dóminus, immaculátam sibi fámulam, étiam in hoc pleno colluviónum fragilitátis humáne córpore pósitam misericórditer consecrávit. Natális est vírginis : integritátem sequámur. Natális est sancte *N.* miréntur viri : non despérent vírgines.

AS:663; 1519-C:41v; 1531-P:80v.[16]

1. Resp. IV.



DIffú-sa * est grá- ti- a in lá-bi- is tu- is. 6446.



†Propté-re- a be-ne-díx- it te De- us in

6446b. 

e- tér- num. ℣. Di-lex-ís-ti justí- ci- am :



et o-dís-ti i- niqui- tá- tem. †Propté-re- a.

*Lectio secunda.*

NOn autem ídeo laudábilis virgínitas, quia in martýribus repéritur : sed quia ipsa mártyres facit. Quis enim humáno eam possit ingénio comprehéndere, quam nec natúra suis inclúsit légibus ? Hec virgo e celo accersívit : quod imitarétur in terris. Nec immérito vivéndi sibi usum quesívit e celo : que Sponsum sibi invénit in celo. Quanquam ego[17] laudatiónem non suscépi virginitátis sed expressiónem : ad rem tamen pertinére árbitror, ut que sit ei pátria, quis auctor appáreat.

AS:663; 1519-C:41v; 1531-P:80v.[18]

2. Resp. I.

7441. 

PRop-ter * ve- ri-tá- tem et mansu- e-tú-di-



nem et jus-tí- ci- am. †Et de-dú-cet te mi-ra-

7441a. 

bí-li- ter déx- te-ra tu- a. ℣. Au-



di fí-li- a et vi-de et inclí-na aurem tu- am : et ob-




[81r.]




*Lectio iij.*

PRius ubi sit pátria diffiniámus. Si enim ibi est pátria, ubi genitále domicílium : in celo profécto est pátria castitátis. Itaque hic ádvena : ibi íncola est. Quid autem est cástitas virginális, nisi expers contagiónis intégritas ? Atque ejus auctórem quem póssumus estimáre, nisi immaculátum Dei Fílium cujus caro non vidit corruptiónem, divínitas non est expérta contagiónem ? Vidéte ígitur quanta virginitátis mérita sint. Christus ante vírginem : Christus ex Vírgine.

AS:664; 1519-C:42r; 1531-P:81r.[19]

3. Resp. III.




6450.







6450a.



ve-ri-tá-tem et mansu- e-tú-di- nem et jus-tí- ci- am.



†Unxit. ℣. Gló- ri- a Pa-tri. 93*. †Unxit.

## *In secundo nocturno.*

AS:664; 1519-C:42r; 1531-P:81r.[20]

4987. 4 Ant. VII.ii.



SPé-ci- e tu- a * et pulchri-tú-di-ne tu- a : inténde



próspe-re pro-cé-de et regna. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:664; 1519-C:42r; 1531-P:81r.[21]

1282. 5. Ant. VII.ii.



AD-ju-vá-bit e- am* De- us vultu su- o : De- us in



mé-di- o e-jus non commo-vé-bi-tur. *Ps.* Deus noster refugium. (*xlv.*) [207].

AS:664; 1519-C:42r; 1531-P:81r.[22]

6. Ant. I.i. 5273.




℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. [567].

*Lectio iiij.*

CHristus vírginum sponsus ante vírginem fuit : et idem est natus de Vírgine. A Patre quidem natus ante sécula : sed ex Vírgine renátus ob sécula. Illud natúre sue : hoc utilitátis nostre est. Illud erat semper : hoc vóluit. Spectáte et áliud virginitátis méritum. Christus vírginis sponsus, et si diéi potest : Christus virgínee castitátis. Virgínitas enim Christi : non virginitátis est Christus.

AS:664; 1519-C:42v; 1531-P:81r.[23]

4. Resp. VII. 6809.





Dómi- no intro- í- vit cum e- o ad

6809c. 

núpti- as. ℣. Invén- ta u-na marga-rí- ta de-



dit ómni- a su- a et compa- rá-vit e- am.



†Et ve-ni- én-te.

*Lectio v.*

VIrgo est que nupsit : Virgo que nos sub útero portávit. Virgo que génuit : Virgo que próprio lacte nútrivit. Sed jam a matre descendámus ad fílias. De virgínibus inquit sanctus Apóstolus : precéptum Dómini non hábeo. Si doctor géntium non hábuit : habére quis pótuit ? Et precéptum quidem non hábuit : sed hábuit exémplum. Non enim potest imperári virgínitas : sed optári. Sancta mater ecclésia immaculáta est cóitu : sed fecúnda partu. Virgo est castitáte : mater est prole.

℄ *De virgine et martyre.*

AS:665; 1519-C:43r; 1531-P:81r.[24]

7828. 5. Resp. III.



VEni sponsa * Chris- ti ác-ci-pe co-




7828a.

De virgine non martyre.

AS:373; 1519-C:42v; 1531-P:81r.[25]

5. Resp. VI.




6955.




*Lectio sexta.*

PArturit nos virgo : non viro plena sed Spíritu. Parit nos virgo, non cum dolóre membrórum : sed cum gáudiis angelórum. Nutrit nos virgo, non córporis lacte, sed Apóstoli : quo infírmam adhuc crescéntis pópuli lactávit etátem. Virgínitas Dei donum est, munus paréntis : sacerdótium castitátis. Virgo matris ecclésie hóstia est : cujus quotidiáno sacrifício, vis divína placátur. Virgo est ecclésia : quam stúduit Apóstolus vírginem castam assignáre Christo. Virgo est fília Syon. Virgo est cívitas illa Hierúsalem que in celo est : in qua nichil intrat commúne atque immúndum.

AS:665; 1519-C:43r; 1531-P:81r.[26]



## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:666; 1519-C:43v; 1531-P:81r.[27]

7. Ant. III.i.

3001.



HEc est que nescí-vit * tho-rum in de-lícto : ha-bé-



bit fructum in re-fecti- óne a-nimá-rum sanctá-rum.



*Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:666; 1519-C:43v; 1531-P:81r.[28]

8. Ant. III.iv.

3878.



NIgra sum * sed formó-sa fí-li- e Hie-rú-sa-lem :



í-de-o di-lé-xit me Rex, et intro-dux-it me in cu-bí-cu-lum



su-um. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:666; 1519-C:43v; 1531-P:81r.[29]

9. Ant. VII.ii.



O quam pulchra est * casta ge-ne-rá-ti-o cum cla- 4069.



ri-tá-te. *Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Adjuvábit eam Deus. [574].

[*Evangelium*][30] *Secundum Mattheum xiij.* (44).

IN illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum celórum thesáuro abscóndito in agro : quem qui invénit homo abscóndit et pre gáudio illíus vadit et vendit univérsa que habet, et emit agrum illum. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape.* (*In Evangelia,* Homilia XI.)[31]

[*81v.*] REgnum celórum fratres charíssimi idcírco terrénis rebus símile dícitur, ut ex his que ánimus novit, surgat ad incógnita que non novit : quátenus exémplo visibílium, se ad invisibília rápiat, et per ea que usu didícit, quasi confricátus incaléscat, ut per hoc quod scit nota dilígere, discat et incógnita amáre. Ecce enim celórum regnum thesáuro abscóndito in agro comparátur, quem qui invénit homo abscóndit, et pre gáudio illíus vadit, et vendit univérsa que habet : et emit agrum illum.

AS:666; 1519-C:44r; 1531-P:81v.[32]

7. Resp. II.



VEni * e-lécta me- a et po- nam in te 7826.



thro- num me- um. †Qui- a con- cu-pí-vit Rex

7826b. 

spé- ci- em tu- am. ℣. Au-di fí-li- a et vi- de :



et inclí-na aurem tu- am. †Qui- a.

*Lectio viij.*

HAc in re quoque notándum est, quod invéntus thesáurus abscónditur ut servétur, quia stúdium celéstis desidérii a malígnis spirítibus custódire non súfficit : qui hoc ab humánis láudibus non abscóndit. In preséntí étenim vita quasi in via sumus : qua ad pátriam pérgimus. Malígni autem spíritus : iter nostrum quasi quidam latrúnculi óbsident. Depredári ergo desíderat : qui thesáurum públice in via portat. Hoc autem dico, non ut próximi ópera nostra non vídeant : cum scriptum sit, Vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum qui in celis est : sed ut per hoc quod ágimus, laudes extérius non querámus. Sic autem sit opus in público, quátenus inténtio máneat in occúlto ut et de bono ópere próximis prebeámus exémplum : et tamen per intentiónem qua soli Deo plácere quérimus, semper optémus secrétum.

AS:666; 1519-C:44r; 1531-P:81v.[33]

7452. 8. Resp. V.



PUlchra fá- ci- e * sed púlchri- or fi- de be- á-



ta es vir- go réspu- ens mun- dum. †Le- tá-be-




7452a.

*Lectio ix.*

Thesáurus autem : celéste est desidérium. Ager vero in quo thesáurus abscónditur : disciplína stúdii celéstis. Quem profécto agrum ómnibus vénditis cómparat, qui voluptátibus carnis renúncians, cuncta sua desidéria per disciplíne celéstis custódiam calcat : ut nichil jam quod caro blánditur líbeat, nichil quod carnálem vitam trucídat, spíritus perhorréscat. Rursum celéste regnum negociatóri hómini símile perhibétur, qui bonas margarítas querit : sed unam preciósam invénit. Quam vidélicet invéntam ómnia vendens emit, quia qui celéstis vite dulcédinem inquántum possibílitas admíttit perfécte cognóverit : ea que in terris amáverat, libénter cuncta derelínquit. In comparatióne ejus viléscunt ómnia, déserit hábita : congregáta dispérgit. Inardéscit in celéstibus ánimus : nichil in terrénis libet. Defórme conspícitur quicquid de terréne rei placébat spécie : quia sola precióse margaríte cláritas, fulget in mente. De cujus dilectióne, recte per Salomónem dícitur, Fortis est ut mors diléctio. Quia vidélicet sicut mors corpus intérimit : sic ab amóre rerum corporálium etérne vite cháritas occídit. Nam quem perfécte absorbúerit : ad terréna foris desidéria velut insensíbilem reddit.

AS:666; 1519-C:44r; 1531-P:81v.[34]

7524.




7524a.




[ ℂ *Ante laudes.*]

ℂ *In festis ix. lectionum* [*dicatur hic*][35] ℣. Ora pro nobis [beáta *N.*].[36] [530].

ℂ *In festis iij. lectionum* ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. [567]. *vel* ℣. Adjuvábit eam Deus. [574].

## ℂ *In laudibus.*

AS:667; 1519-C:44v; 1531-P:81v.[37]

1. Ant. I.v.



3007.

HEc est virgo * sá-pi- ens quam Dómi-nus vi-gi-lán-



tem invé-nit. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:667; 1519-C:44v; 1531-P:81v.[38]

2. Ant. I.i.



3006.

HEc est virgo * sá-pi- ens et u- na de núme-ro



pru-déntum. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:667; 1519-C:44v; 1531-P:81v.

3. Ant. VII.i.



3015.

HEc est virgo sancta * atque glo-ri- ó-sa qui- a Dó-



mi-nus ómni- um di-lé-xit e- am. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:667, pl. S; 1519-C:44v; 1531-P:81v.[39]

4. Ant. VIII.i.



BEne-dí-co te * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Chris-ti :



qui- a per Fí-li- um tu- um tenta-ti- ó-nis ignis extínctus est.



*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:667; 1519-C:45r; 1531-P:81v.[40]

5328. 5. Ant. VII.ii.



VE-ni sponsa Chris-ti * ácci-pe co-ró-nam quam ti-bi



Dómi-nus pre-pa-rá-vit in e-térnum. *Ps.* Laudáte. (*cxlviii.-cl.*) [49].

*Capitulum.* Dómine Deus meus. [877].

[*Hic cantus dicatur in festis ix. lectionum extra tempus paschale et nativitatis super hunc hymnum.*][41]

HS:140r; 1519-C:45r; 1531-P:81v.[42]

8330. Hymn. II.



JE-su co-ró-na vírgi-num, * Quem Ma-ter il-la con-


cé-pit : que so-la virgo pártu-rit, Hec vo-ta cle-mens ácci-pe.
2. Qui pas-cis inter lí-li- a, Septus cho-ré- is vírgi-num :
Sponsas de-có-rans gló-ri- a, Sponsíque red-dens prémi- a.
3. Quo-cunque pergis vírgi-nes, Sequúntur atque láudi-bus :
Post te ca-néntes cúrsi-tant, Hymnósque dul-ces pérso-nant.
4. Te depre-cámur lárgi- us, Nostris ad-áuge sénsi-bus :
Nescí-re prorsus ómni- a, Corrupti- ó- nis vúlne-ra.
5. De-o Pa-tri sit gló-ri- a, E-júsque so- li Fí-li- o :

[*82r.*]



Cum Spí-ri-tu Pa- rácly-to, Et nunc et in perpé-tu- um.



A-men.

[*Ad secundas vesperas et ad laudes quando non fiunt secunde vespere per totum annum dicatur hic cantus extra nativitatis Domine et paschale in festis ix. lectionum super hunc hymnum.*][43]

HS:140v; 1519-C:45r; 1531-P:81v.[44]

Hymn. VIII.



IE-su co-ró-na vírgi-num, * Quem Ma-ter il-la concé-



pit : Que so-la virgo pártu- rit, Hec vo-ta cle-mens ácci-pe.



2. Qui pascis in-ter lí-li- a, Septus cho-ré- is vírgi-num :



Sponsas de-có-rans gló-ri- a, Sponsíque reddens prémi- a.



3. Quo-cúnque per-gis vírgi-nes, Sequúntur atque láudi-bus :



Post te ca-néntes cúrsi- tant, Hymnósque dul-ces pérso-nant.



4. Te depre-cá-mur lárgi- us, Nostris ad-áuge sénsi-bus :



Nescí-re prorsus ómni- a, Corrupti- ó-nis vúlne-ra.



5. De-o Pa-tri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o : Cum



Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé-tu- um. Amen.

[*In tempore nativitatis in festis ix. lectionum dicatur hic cantus ad laudes et ad secundas vesperas super hunc hymnum.*][45]

HS:141v; 1519-C:45r; 1531-P:81v.[46]

Hymn. I.



I E-su co-ró-na vírgi- num, * Quem Ma-ter il-la con-



pit : Que so-la virgo pártu-rit, Hec vo-ta cle-mens ácci- pe.



2. Qui pascis in-ter lí-li- a, Septus cho-ré- is vírgi- num :



Sponsas de-có-rans gló-ri- a, Sponsíque reddens prémi- a.



3. Quo-cúnque per-gis vírgi- nes, Sequúntur atque láudi- bus :



Post te ca-néntes cúrsi-tant, Hymnósque dul-ces pérso- nant.



4. Te depre-cá-mur lárgi- us, Nostris ad-áuge sénsi- bus :



Nescí-re prorsus ómni- a, Corrupti- ó-nis vúlne- ra.



5. Gló-ri- a ti-bi Dómi- ne, Qui na-tus es de Vírgi- ne :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu- la.



Amen.

[*In festis trium lectionum sine regimine chori per totum annum dicatur hic cantus super hunc hymnum.*][47]

HS:142v; 1519-C:45v; 1531-P:81v.[48]

Hymn. III.



JE-su co-ró-na vírgi-num, * Quem Ma-ter il-la con-cé-



pit : Que so-la virgo pártu-rit, Hec vo-ta cle- mens ác- ci-pe.



2. Qui pascis inter lí-li- a, Septus cho-ré- is vír- gi-num :



Sponsas de-có-rans gló-ri- a, Sponsíque red-dens pré- mi- a.



3. Quo-cúnque pergis vírgi-nes, Sequúntur atque láu-di-bus :



Post te ca-néntes cúrsi-tant, Hymnósque dul- ces pér-so-nant.



4. Te depre-cámur lárgi- us, Nostris ad-áuge sén-si-bus :



Nescí-re prorsus ómni- a, Corrupti- ó- nis vúl-ne-ra.



5. De-o Pa-tri sit glóri-a, E-júsque so-li Fí- li- o :



Cum Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé- tu- um.



Amen.

*A nativitas usque ad purificationem.*



5. Gló-ri- a ti-bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vír- gi-ne :



Cum Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé- tu- um.

*In tempore paschali.*



5. Qué-sumus Auctor ómni- um, In hoc paschá-li gáu-di- o :



Ab omni mortis ímpe-tu, Tu- um de-fén-de pó- pu- lum.



6. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui scandis su-per sí- de-ra :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-tér- na sé- cu- la.

*In tempore ascensionis.*



5. Du-dum sa-crá-ta pécto-ra, Tu- a replésti grá- ti- a :



Dimítte nunc peccámi-na, Et da qui- é- ta témpo-ra.



6. Sit laus Pa-tri cum Fí-li- o, Sancto simul Pa-rá- cly-to :



No-bísque mit-tat Fí-li- us, Ca-rísma Sanc-ti Spí- ri- tus.

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. [933].

AS:668; 1519-C:45v; 1531-P:82r.[49]

5332.




*Oratio ut supra.* [886].

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Hec est virgo sápiens quam. [903].
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* Hec est virgo sápiens et una [de número prudéntum].[50] [903].
*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].
*Capitulum.* Domine Deus meus. [877].

AS:668; 1519-C:45v; 1531-P:82r.

6445.

6445a.









℣. Spécie tua et pulchritúdine. [567].

## ℂ *Ad sextam.*

*Ant.* Hec est virgo sancta. [903].
*Ps.* Deficit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum. Ecclesiastici lj.* (15.)

LAudábo nomen tuum assídue, et collaudábo illud in confessióne, et exaudíta est orátio mea.

AS:668; 1519-C:45v; 1531-P:82r.

Resp. VI.




7679.
7679a.









℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. [574].

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Veni sponsa. [904].

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum. Ecclesiastici lj.* (16.)

Liberásti me de perditióne, et eripuísti me de témpore iníquo : proptérea confitébor tibi et laudem dicam nómini tuo, Dómine Deus meus.

AS:668; 1519-C:46r; 1531-P:82r.

6042. Resp. VI.
6042a.




℣. Adducéntur regi. [933].

## ℂ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Hec est virgo sápiens quam [Dóminus vigilántem invénit].[51] [903].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Dómine Deus meus. [877].

*Hymnus.* Jesu coróna. [904].

℣. Adducéntur regi vírgines. [933].

AS:668; 1519-C:46r; 1531-P:82r.

Ant. VIII.i. 4954.




*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio ut supra.* [886].

*Item alia capitula unius virginis et martyris et dicuntur cum capitulis supra scriptis alternis vicibus per ebdomadam, ita tamen quod semper in primis dicitur capitulum* Domine Deus meus. [877].

*Ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad iij.*

*Capitulum. Ecclesiastici lj.* (1.)

COnfitébor tibi Dómine rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum, confitébor nómini tuo quóniam adjútor et protéctor factus es michi, et liberásti corpus meum a perditióne.

¶ *Ad sextam.*

*Capitulum. Ecclesiastici lj.* (8.)

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum et vita mea appropínquans erat in inférnum deórsum.

¶ *Ad ix. Capitulum.* Liberásti me de perditióne. *&c. ut supra.* [914].

# ℂ *In natali unius virginis non martyris.*

*Ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad iij.*

*Capitulum.* 2. *Cor. x.* (17.)

QUi gloriátur in Dómino gloriétur, non enim qui seípsum comméndat ille probátus est, sed quem Deus comméndat.

*Hymnus.* Vírginis proles. [877].
[℣.][52] Hujus obténtu Deus.
[℣.][53] Glória Patri genitéque.

*Cetera omnia ad* [*utrasque*][54] *vesperas et ad matutinas et ad horas ut supra in hystoria unius virginis et martyris.* [877].

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus auctor virtútis et amátor virginitátis : da nobis quésumus sancte *N.* vírginis tue plácitis tibi méritis commendári, cujus vita mérito castitátis tibi complácuit. Per Dóminum.

*Lectio j. Augustini de verbis Domini.* 23. (Sermo XCIII.)[55]

SImile est regnum celórum decem virgínibus : que accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviam sponso et sponse dicit Dóminus. Iste quinque, et quinque vírgines : omnes omníno sunt ánime Christianórum. Sed ut dicámus vobis quod Deo inspiránte sentímus, non qualescúnque ánimas, sed tales ánime que habent cathólicam fidem : et habére vidéntur bona ópera in ecclésia Dei : et tamen ex ipsis quinque sunt prudéntes, et quinque fátue. Quare ergo appelláte sunt quinque, et quare vírgines, prius videámus : et deínde cétera considerémus.

*Lectio ij.*

OMnis ánima in córpore ídeo quinário número censétur : quia quinque sénsibus útitur. Nichil est enim quod séntimus ex córpore, nisi jánua quinquepartíta : aut vidéndo, aut audiéndo, aut odorándo, aut gustándo, aut tangéndo. Qui ergo se ábstinet ab illícito visu, ab illícito

audítu, ab illícito odorátu, ab illícito gustu, ab illícito tactu : propter istam integritátem vírginis nomen accépit. Si bonum est abstinére ab illícitis sentiéndi mótibus, et ídeo unaquéque ánima Christiána Vírginis nomen habet : quare quinque admittúntur et quinque repellúntur ? Parum est, quia vírgines sunt : et lámpades habent. Vírgines propter abstinéntiam ab illícitis sénsibus, lámpades habéntes propter ópera bona : de quibus opéribus Dóminus dicit, Lúceant ópera vestra coram homínibus, ut vídeant bona facta vestra : et gloríficent Patrem vestrum qui in celis est.

*Lectio iij.*

[*82v.*] ITem discípulis dicit Dóminus, Sint lumbi vestri accíncti : et lucérne ardéntes. In lumbis accínctis virgínitas : in lucérnis ardéntibus, ópera bona. Non solet dici virgínitas útique in conjugátis. Tamen étiam ibi est fídei virgínitas : que exhíbet pudicítiam conjugálem. Nam ut nóverit sánctitas vestra non importúne secúndum ánimam, et secúndum integritátem fídei, qua étiam fide ab illícitis abstinétur, et bona ópera fiunt : unumquémque vel unamquámque ánimam vírginem dici, tota ecclésia que constat ex virgínibus et púeris, et maritátis féminis et uxorátis viris, uno nómine virgo est appelláta. Unde hoc probámus ? Apóstolum audi dicéntem, non solum[56] sanctimoniálibus : sed univérse prorsus ecclésie, Desponsávi vos uni viro vírginem castam exhíbere Christo. Et quia hujus virginitátis corrúptor diábolus cavéndus est : contínuo ipse Apóstolus, cum dixísset, Desponsávi vos uni viro vírginem castam exhíbere Christo : adjúnxit et ait, Tímeo autem ne sicut serpens Evam sedúxit versútia sua : sic et vestri sensus corrumpántur a castitáte, que est in Christo.

*Lectio iiij.*

IN córpore virginitátem pauci habent : in corde omnes habére debent. Si ergo ab illícitis abstinéntia bona est, unde virgínitas nomen accépit et ópera bona laudabília sunt, que significántur lampádibus : quare ergo quinque admittúntur, et quinque repellúntur ? Si et virgo est et lámpadem fert et tamen non admíttitur : ubi se videt, que nec virginitátem ab illícitis servat, nec ópera bona volens habére, in ténebris ámbulat ? De istis

ergo fratres mei de istis pótius disputémus : qui nólunt vidére quod malum est, qui nolunt audíre quod malum est. Ab illícitis sacrificiórum nidóribus[57] avértit odorátum, ab illícitis sacrificiórum cibis avértit gustum, fugit compléxum aliénum, frangit panem esuriénti, hóspitem indúcit in domum, vestit nudum, concórdat litigiósum, vísitat egrótum, sepélit mórtuum.

*Lectio v.*

ECce virgo, ecce habet lámpadem. Quid quérimus ámplius ? Adhuc quero. Quid adhuc queris, inquis ? Adhuc quero. Inténtum me fecit Evangélium sanctum. Etiam ipsas vírgines et feréntes lámpades : álias dixit prudéntes, álias stultas. Unde intuémur, unde discérnimus ? De óleo. Aliquid magnum sígníficat óleum : et valde magnum. Putásne cháritas est ? Queréndo dícimus : non senténtiam precipitámus. Unde michi videátur per óleum cháritas significári : dicam vobis. Apóstolus dicit, Adhuc supereminentiórem viam vobis demónstro. Supereminentiórem viam quam demónstrat ? Si linguis hóminum loquar et angelórum, charitátem autem non hábeam : factus sum velut eraméntum sonans, aut cýmbalum tínniens. Ipsa est superéminens via, id est cháritas : que mérito óleo significátur. Tu autem.

℟. Induit me Dóminus. *ut supra unius virginis et martyris.* [895].

*Lectio vj.*

OMnibus humóribus óleum superéminet. Mitte aquam et superinfúnde óleum, superéminet. Mitte óleum et superinfúnde aquam : óleum superéminet. Si órdinem serváveris, vincit : si órdinem mutáveris, vincit. Cháritas nunquam cadit. Quid ergo fratres ? Jam disceptémus de quinque virgínibus prudéntibus et quinque fátuis que voluérunt ire óbviam sponso. Quid est ire óbviam sponso ? Corde ire, expectáre ejus advéntum : sed ille tardábat. Dum tardat ille : dormiérunt omnes. Quid est omnes ? Et sapiéntes et fátue obdormitavérunt et dormiérunt. Putámus bonus est somnus iste ? Quid est somnus iste ? Ne forte tardánte sponso, quóniam abúndat iníquitas : refrigéscet cháritas multórum. Síccine intellectúri sumus istum somnum ? Non michi placet dico. Quare ? Quia

sunt ibi prudéntes. Et útique quando dicit Dóminus quóniam abundávit iníquitas, refrigéscet cháritas multórum : subjécit et ait, Qui autem perseveráverit usque in finem : hic salvus erit. Ubi vultis esse istas prudéntes ? Non in his qui perseveravérunt usque in finem ? Non ob áliud fratres : non ob áliud prorsus admitténtur intro : nisi quia perseveravérunt usque in finem.

*Evangelium. Secundum Mattheum xxv.* (I.)

[*83r.*] IN illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum celórum decem virgínibus : que accipiéntes lámpades suas, exiérant óbviam sponso et sponse. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape.*

(*In Evangelia,* Homilia XII.)[58]

SEpe vos fratres charíssimi admóneo prava ópera fugére, mundi hujus inquinaménta devitáre, sed hodiérna sancti Evangélii lectióne compéllor dícere : ut et bona que ágitis, cum magna cáutela timeátis, ne per hoc quod a vobis rectum géritur, favor aut grátia humána requirátur, ne appetítus laudis surrépat : et quod foris osténditur, intus a[b etérna][59] mercéde vacuétur. Ecce enim Redemptóris voce decem vírgines, et omnes dicúntur vírgines : sed tamen intra beatitúdinis jánuam non omnes sunt recépte, quia eárum quedam, dum de virginitáte sua glóriam foris expétunt, in vásis suis óleum habére noluérunt. Tu autem Dómine.

*Lectio viij.*

